APOLOGIA
BONI PVBLICI
DE NON CONSTITVENDO CONSANGVINEOS COGI PRO BANNITIS DE NON OFFENDENDO CAVERE.

Cornelio Benincasio I. C. Perusino Authore.

De Superiorum Licentia.



PERVSIÆ
Apud Nicolaum de Amadoris. 1587.

ILLVSTR.MIS DOM
HERCVLI DE PENNA ET LEGIS DECEMVIRIS ALMAE SEMPER AVGVSTÆ CIVITATIS PERVSIÆ.

Cornelius Benincasius Iurisconſ. Peruſ. S.

NEMO eſt, qui neſciat, Patres Optimi, probo cuique, ingenuoq; viro omnem dãdam eſſe operam, vt ars illa, quam callet, vnicuiq; profutura, nemini autem vnquam obfutura ſit. quod vt vere fieri posſit, ad priuatam nullã neceſſitatem, commoditatemq; dirigere, nulloq; modo deſtinare debet, quo circa fit, vt modò ipſe libenter voluntatem meam & operam ad pręclarisſimę Peruſinę Reipub. de me ſemper optime meritę dignitatem amplisſimam, vtilitatem maximam ac nutum tantũ conferã, nullo alteri contradicendi ſtudio nulla alicuius conſequendę laudis auiditate, ſed prępotentis dei, qui ſe veritatem eſſe perhibuit, gloria, patrię, cui natus debeo plurimum, Intuitu, veſtro iuſto pioq; mandato, ac deniq; cęterorum hominum commodo & pręſidio, quibus & alias longo meo ſtudio ſubuentũ putaui, & nunc quæ conſcripſi, in medium afferam, & cum alijs etiam noſtri ordinis iurisq; valde peritis optimis viris commu

 nicem,

immemor Cicer. sententię dicentis viri ma
ę, rebus agitatis, punire sontes, conseruare
tudinem, quę proculdubio secundum oppo
; sontes in perniciem maximam redigeretur,
quocunq; facinoroso sępe numero prosterneretur
atq; deprimeretur. Accipite igitur Patres Optimi meũ
hunc laborem pro iusta ęquitate, ęqua iustitia, ac vni
uersali publico bono descriptum, hylari vultu, gratoq;
animo, illumq; obseruantię meę perpetuum futurum pi
gnus ac monumentum conseruate, & me meaq; omnia
ęqui boniq; cõsulite. Perusię xv. Klen. octobris 1587.

Tetrasticon.

Ne quicquam credas tibi gens Perusina peremptum
Sit, quin aucta magis gloria fama decus
Hęc (sint quęq;) tibi dono Cornelius offert
In commune bonum scripta Benincasius.

Distichon.

Iustitię cultor, patrięq; & pacis amator
Perlegat exigua hęc tempore parta breui.

1 An expediat statuere consanguineos teneri pro cõsanguineis bannitis cautionem de nõ offendendo præstare? Et negatiua sententia decem rationibus vera probatur.
Statuere non expedit vbi non est necesse. Et hodie vt supra statuere non est necesse, ratione de qua ibi.
2 Principis est subditis vt filijs thesaurizare. Eis prouidere, scandalisq; obuiare.
Statutũ de quo supra contra ius positiuum, & diuinum esset, pluraq; iurgia parere posset.
3 Depræssio familiarum est contra bonum publicum. Et diuites indignitatibus conferendis præferuntur.
Alia ratio quare nõ expediat vt supra statuere.
4 Afflictio afflicto addi non debet. Immo verbis & factis subleuari debet.
Parentes & cõsanguinei in pluribus pro bannitis consanguineis opprimuntur.
5 Ad extra ordinaria remedia deueniri non debet dum ordinaria possunt haberi.
Remedia ordinaria contra bannitos sufficientia mediantibus communibus ordinibus facillime habentur.
6 Finis omnium iurium est dirigere subditos in deum, & ad bonum cõmune publicamq; quietem.
Nulla probabili ratione consuli posse creditur ad vt supra statuendum deueniri debere.
7 Sanctio de qua supra instar caninæ naturæ habere videtur.
Ad Ecclesiasticum pertinet caninas leges fugare & penitus exterminare.
8 Princeps est solutus legibus, secundum leges tamen viuere velle creditur.
Priuatis re sua ob publicum bonum præcium solui debet.
9 Æquitas in omnibus est spectanda & præferenda.
Populi frequentem legum mutationem egreferunt.
10 Ob scandala vitãda multa prohibentur, permittuntur, & omittuntur contra iuris regulas.
Statuti huius promulgatio multis causis est omittenda.
11 Contraria sunt tollenda & eradicanda. Quia ferro viam aperit, qui per contraria transit.
In generali promissione de non offendendo etiam Banniti secundum aliquos continentur. De veritate nu. seqq.
12 In generali dispositione nõ cõtinentur Bãniti tamq̃ odiosi & inimici.
Cautio de qua agimus est odiosa, stricte intelligenda, nec persona extrinsecus subintelligenda.
13 Si vbi verba conueniunt mens non conuenit nec conuenit dispositio.
Quilibet cẽsetur obligari velle minus q̃; sit possibile, & quatenus dumtaxat lex astringit.
14 Indefinita hominis non æquipollet vniuer-

vniuersali ex proprietate verborum maxime in odiosis, & pœnalibus.

Nec vbi agitur de obligatione augẽda, nec in probationibus & instrumentis.

15 Publica vtilitas non consideratur quando delicta non remanent impunita.

Nec quando etiam contraria est publica vtilitas vt hic, quæ in conseruandis diuitijs in familijs consistit.

16 Iudicis officium latissimum est.

Ad iudicem pertinet prouinciam facinorosis expurgatam conseruare.

17 Iudicis officium debet esse lege & ratione regulatum.

Iudex lege & ratione non ex libero arbitrio suo debet iudicare.

18 Iudex ad cauendum de nõ offendendo sine causæ cognitione nõ debet astringere.

Et pro integris, non pro capite diminutis caueri iubebit.

19 Non omnia Iudicis potestati permissa sũt iuris necessitati subiecta.

Iudex iniuste agens suo peculiari nomine caret.

20 Banniti desinunt esse ciues, non tamen coniuncti. De veritate nu. seqq.

Iura sanguinis iure ci. tolli nõ possunt De veritate nu. seqq.

21 Ius naturale potest ex causa per ius ciuile limitari.

Bannitum nõ retinet sed abhorret cognatio.

22 Iura sanguinis adumbrantur perfictionẽ ex æquitate & publica vtilitate inductam.

Iura sanguinis in bannito carent effectu.

23 Cautio de non offendendo nõ comprehendit bannitos quia nõ potest eis imperari, nec cum eis cõmercium est.

Cautio de non offen. non datur pro hostibus publicis, vel priuatis, & publici etiam priuatorum sunt.

24 Fauore pub. iura transgredi licet imminente probabili necessitate.

Principis mens esse præsumitur talis qualis legis & rationis est.

25 Iura transgredi non debent cum alterius iniuria vel iactura.

Princeps nõ præsumitur velle subditos suos male tractare vel in eos supramodum sæuire.

26 Iura in enormissimis transgredi licet, vt contra dannandos crimine læsæ maiestatis, vel eorũ fautores.

Vel contra dannatos ex crimine desertæ militiæ.

27 Quilibet præsumitur bonus, nolle delinquere, nec delinquenti consentire, Et ex præsumptione naturæ.

Asserens contra præsumptionem legis euidentius probare tenetur. & grauiore probatione oneratur.

28 Contra participes criminis proprijs pœnis agi potest.

Agentes & consentientes pari pœna puniuntur.

29 Ex sola præsumptione non est cõtra iuris regulas statuendum.

Extensio de persona ad personã in odiosis

odiosis & pænalibus fieri nō debet.

30 Scandala sunt euitanda; & ante tēpus obuianda.

Innocens pro scandalo vitando nō est puniendus sed potius scandalum permittendum q̃ veritas iustitia relinquenda.

31 Scandalis obuiandum est per legitimos iuris tramites.

Princeps a nemine iudicatur, omnia habet in scrinio pectoris, & iustitiam cunctis æqua lance ministrat.

32 Obuiandum est scandalo quādo certū est vel probabiliter dubium euenire posse. Alias vani timoris &c.

Cautio de non offendendo nisi timor vel scandalum aut causa iusta & probabilis sit peti non potest.

1 IN Proposita discēptatione † qua quęritur An expediat hodie vniuersaliter statuere cōsanguineos teneri pro cōsanguineis Bānitis cautionem de nō offendendo pręstare, Inhęrendo breuitati quę secuā. Aug. sermonis gratiā parit arg. l. fin. §. in refutatorijs .C. de app. & .§. i. Insti. quod cū eo. cum veritas in paucis cōsistat l. i. C. si minor ab hęred. se abstin. Fely. consi. 45. nu. 2. Crot. lib. i. consi. 82. nū. i. Amplector pro vera iuridica & solida opinione partē negatiuā, Quam probo primo ex eo quia non expedit statuere vbi nō est necesse l. si plures .ff. de testa. tut. l. manumissiones de iusti. & iur. Leges enim frustratoria remedia nō introducunt l. hęc stipulatio §. diuus .ff. vt leg. no. caue. l. hęc autē .ff. si cui plus q̃ p leg. falci. l. qui bis idem de ver. ob. immo superuacanea passim excludunt l. i. §. iubemus. & .§. sed in hoc. & l. 2. ī prin. C. de vet. iur. enu. & .§. quibus. prima consti. cod. & l. Imperatō. de priui. cred. & l. vni. C. de thesaur. lib. x. quam ob rem nec iudex cogit partes ad cauendum de nō offendendo ad inuicē vbi non est necesse Dyn. & Doc. ī l. 2. §. i. ff. so. ma. Paris. lato Consi. 163. per tot. lib. 4. quia frustra remedium quęritur vbi nulla lęsio inest l. ex cōsensu in prin. de app. & in §. i. Insti. de liberti. Cęterū tēporibus hisce quibus ex immortali ac penē diuina prouidentia, gratia, & bonitate Sanctissimi. D. N. Sixti Quinti omnes abunde fruimur summa quiete, tranquillo statu, Sanctaq; pace, fugatis & omninō profligatis Bannitis, rebellibus, & facinorosis hominibus vndiq;, & pręcipue ab vniuerso ecclesiastico statu, ex optima & sapiētissima eius prouisione,

integerrimaq; Iustitiæ administratione qua omnes & singuli tuti pacifici ac liberi a quacunq; acerbitate & miseria viuimus, boni pręmiantur, maliq; puniuntur iuxta not. in l.i.ff. de iusti. & iu. & in c. irrefragabili in fin. extra de offi.ord. adeo vt cū Poeta iure optimo dici possit, Oīa nunc silent, nunc formosissimus annus, & rursus, Aurea prima sata est ætas quæ vindice nullo sponte sua sine lege fidē rectūq; colebat. nulla ratio dictat nullaq; necessitas imminet subditos ac Sacrosanctę Romanę Ecclesię fideles ita grauandi, cogendi, exagitandi, & puniendi, quin nec ita cogitandi ne dum statuendi. merito &c.

2 Secundo † quia Iustissimi Principis esse creditur subditis suis tanq̃; filijs thesaurizare iuxta dictum Aposto. 2. corint. cap. 12. & in c. predicator cum glos. 16. q. 1. per Crauett. consi. 9. nu. 37. eos in gradu quo reperit firmiter pręseruare glos. in l. pen. c. si ser, expor. vęne Io. da Plate. in l. neminem .C. de decur. lib x. Rolan. lib. i. cons. 1. nu. 104. & veluti cōmunem omniū patrem bonumq; pastorem souere arg. tex. in auct. vt neq; virum quod ex dote. ad fin. & in c. cum Apostolus .§. i. de censi. subditorumq; saluti summa prudentia principaliq; clemētia prouidere, vt ī prima cōstitu. Cod. in prin. & in l. properandum in prin. .C. de iud. & in l. quidam in fin. si cer. pet. & in l. litibus .C. de agrico. lib. x. & in c. finē litibus extra de dolo & in c. cordi. de app. ī vj. Natta lib. i. cons. 60. nu. 12. dissensionibus q; eorū & tumultibus ac scandalis omnibus pia ęqua sapientiq; decisione obuiare c. nihil prodest. extra de pręscrip. & l. congruit de offi. pręsi. & deniq; (vt Esaię 22. legitur) quę digna sunt principis excogitare, & sic etiam duo illa Platonis pręcepta obseruare Boer. tract. de auth. magn. cōs. nu. 30. At si huiusmodi promulgaretur statutum boni & fideles pro malis & discolis nouiter grauarentur & non solum contra ius positiuum quo vnus pro alio nō obligatur l. supra iter. §. apud ferocem .ff. de aqua plu. ar. nec pręgrauatur l. si quis in suo .C. de inoffi. test. l. nō debet alteri. de reg. iur. nec ius in singulos constituitur l. iura nō in singulos .ff. de legi. & c. erit autē lex 4. di. verum etiam contra ius diuinum, dicens, Anima quę peccauerit ipsa morietur & filius nō portabit iniquitatē patris Ezech. 18. & in c. si habes 24. q. 3.

& in c.

& i c. iudei. & i c. nõ imputatur 1.q.4. vnde vulgo dicitur Autho res proprios sua crimina iure tenebunt, plusq̃ peccatur nõ vltra pœna trahatur l. sancimus .C. de pœn. glos. in c. quęsiuit extra de his quę fi. a maio. par. capi. Nec non q̃ plurimę etiã de facili oriri possent ĩter subditos discordię lites, odia, tumultus, & rixæ, tum prętensa ratione fractę treugę per bãnitos quãdoq; ĩ eo ĩsontes quãdoq; effrenatos & iu uenili calore detentos, iuxta illud sapientis, cum sit pœna grauis cognoscere quę via nauis, vel colubri, vel auis, pueri grauior via quouis doc. in .§. his igitur. Insti. de iusti. & iur. tũ ratione maioris negociorũ cõmunionis quę discordiam parere solet l. cum pater .§. dulcissimis de leg. 2. glos. in l. fin .§. & ne ex communione .C. de iu. domi. impetran. Abb. lib. 1. cons. 31. col. 1. Castell. cons. x. nu. 56. tum etiã ratione noui iuris promulgati, quod sępenumero discordijs pręstat occasionem ar. no. in c. cum consuetudinis extra de consue. & in c. quod dilectio in fin. de consang. & affi. per Anca. cons. 157. num. 4. vt etiam experientia rerum magistra docuit annis elapsis dum ex nouo iuris congrui statuto innumerę lites discordię & iurgia inter ciues surrexerunt quo etiam sublato statim sedarunt ad not. in auct. de app. in prin & in c. quam sit de electio. lib. 6. quamobrẽ & si forte posset ex hoc statuto faciendo excogitari aliqua securitas, vel bannitorum perditorum ve hominum correctio aut facinorũ cessatio, tamen quia alię & plures & maiores etiam oriri possent inter subditos dissensiones, & calamitates nõ expedit ita statuere per ea quæ notan. dixit glos. in c. ita ergo 22. q. 1. & sic (vt dicitur) nec vnum altare tegere & aliud detegere Bar. & Doc in l. assiduis .§. exceptis .C. qui potio in pigno. habe. doc. in c. cũ causam de pręben. Ias. & Doc. in l. assiduis .§. exceptis .C. qui potio: in pigno habe. doc. in c. cum causam de pręben. Ias. & doc. in l. cętera §. sed & si. per illum tex. de leg. 1. sicut nec malum vt inde fiat bonum committere c. super eo vbi glos. pen. extra de vsur. glos. & doc. in c relegentes 23 q. 5. Dec. in c. nouit. nu. 117. extra de Iudi. Aymo. cons. 6. nu. 86.

3 Tertio † quia depauperatio & depręssio familiarũ & subditorum dicitur esse contra bonum publicum, publicam vtilitatem, principisq; decus & dignitatem vt in .§. considerauimus auct. vt

iudi. sine quoquo suffra. si. & in auct. vt determi. sit nume. cleri. §. cũ vero deo. Mant. lib. 1. cons. 29. nu. 7. expedit enim principi locupletes habere subiectos glos. in c. cum ecclesiasticæ extra de excep. & in .§. fin. insti. de his qui sunt sui vel alie. iur. per quos ciuitates & loca melius & honorificẽtius gubernãtur vt in auct. de defenso. ciui. in prin. & in auct. vt omnes obe. iud. in prin. & propterea nerui principis dicuntur l. 2. .C. de omni agro deser. lib. xj. Natt. cons. 83. nu. 14. libr. 1. & in honoribus & dignitatibus conferendis cęteris pręferuntur l. honores in prin. ff. de decur. & l. ad subeunda .C. eo. lib. x. glos. in c. nullus il. 2. 4. q. 4. Bar. in l. illicitas in fin. de off. præsi. Card. Alex. in c. hęc autem scripsimus 30. di. Soc. in l. 1. nu. 60. .ff. so. ma. & casum aduersamq; fortunam liberi hominis expectare neq; ciuile neq; naturale esse dicit tex. in l. inter stipulãtem .§. sacram. de ver. ob. vnde etiam dicitur familiarum honestatem & dignitatem diuitijs conseruari & inopia perire in l. pietatis .C. de suspec. tuto. & in .§. sancimus auct. de testibus Pet Gerar. not. 82. quę sunt nu. 4 Curt. sen. cons. 34. nu. 12. & cons. 51. nu. 7. Verum per huiusmodi cautiones Innumeræ familiæ de facili depauperari, deprimi, dehonestariq; possent Ang. in l. in persona .§. 1. ff. de pact. Alex. in l. si cõstante solu. ma. stante maxime respectu bannitorum regula c. semel malus de reg. iur. lib. vj. & iuuenili eorum calore de quo supra dixi. ex quibus facile pręsumi potest ꝙ audito eiusmodi statuti tenore vęhementer in hostes eorumue consanguineos irruent, eos offendent, cautiones rumpent, consanguineos proprios periclitabunt illos incredibili quoq; odio sępe persequentes, cũ ipsis quotidie necessaria subministrando nõ iuuerint, & oẽs substantias suas continue non transmiserint vel pro eis reconciliandis & repatriãdis die noctuq; totis viribus omniq; conatu non elaborauerint, & sic etiã statutũ huiusmodi ad bannitorum fauorem resolueretur, merito nõ creditur expedire sine maxima & vrgentissima causa (quæ in pręsentiarum cessat omnino) ad statutum pręd ictum deueniri debere.

4 Quarto † quia afflictio afflicto addi non debet l. diuus de offi. pręsi. l. tam dementis .C. de epi. aud. c. ad audientiam extra de cler. nõ resi. doc. in l. pen. §. fin. de parricid.

de parricid. Card. Alex. in c. in literis 7. q. 2. Ias. in l. qui romę .§. challimacus nu. 4. de ver. ob. maximum enim & crudele vitiū esse videtur afflicto addere afflictionem secun. Bal. in l. pręcibus nu. 14. C. de impub. ideoq; afflictus tam verbis q̄ factis (pręsertim ex operib' misericordiæ) est subleuandus vt prouerb. 21. & primo Ioannis cap. 3. nā qui alium tueri potest & nō tuetur ipse eum offendere videtur secū. Tull. i. offi. & per Aret. in .§. iuris pręcepta in fin. Insti. de iur. nat. gen. & ci. natura enim cognationem quandam inter homines introduxit qua alter alteri benefacere tenetur l. vt vim .ff. de iusti. & iu. l. si nō sortem .§. libertus de cond. inde. Parentes autem & cæteri bannitorum cōsanguinei satis superq; hactenus afflicti oppressiq; sunt ex causa talium bannitorū; pater enim tenetur proprium suum patrimonium innumeris laboribus, vigilijs, ac erumnis acquisitum inuitus delibrare & fisco quotā pro legitima filio bannito non dum de iure cōmuni debita soluere, ex egidia. consti. lib. 4. cap. 18. & ex Perusino statuto lib. 3. rub. 15. col. 2. & pręterea quod etiam graue est, proprij filij pręsentia subsidioq; carere ad not. in l. isti quidem in fin. ff. de eo quod met. ca. consanguinei etiam coguntur inuiti bona consanguineorum bannitorum a fisco redimere, & sępe ea de causa atrum quoq; carcerem seruare ex Egid. consti. cap. 19. lib. 4. propriosq; consanguineos vagantes indefensos extraq; omnē protectionem deserere ex eadē Egidia. consti. cap. 29. lib. 4. quin aliquādo etiam cauere eos in territorio Ecclesiastico pedē non posituros esse, quæ omnia q̄ grauissima sint quamq; misellos deuotos tamen & fideles subditos, afficiant & animi mœrore percutiant nemo est qui nesciat cum pręsertim lex noua imponens nouam pœnam, antiquam tollere minime censeatur Bal. in l. antiquæ .C. de furt. & propterea creditur summæ prudentiæ sinceræ iustitiæ humanæ pietati, Christianęq; relligioni grauiora onera eis in futurum imponere minime conuenire.

5 Quinto † quia ad extraordinaria remedia non solet deueniri donec ordinaria possunt haberi l. i causæ 2. in prin. ff. de mino. l. quędam in prin. ff. de eden. l. cum sit in prin. de carb. edi. & l. i. in fin. ad muni. cum ordinaria sui natura potentiora esse dicantur no. in l. eius militis .§.

militia missus de mili. te. & in § quia vero verisimile vor. oportet auct. de non alien. reb. eccl. vnde etiam alias dicatur frustra precibus implorari quod iure cômuni conceditur l. i. C. de thesaur. lib. x. & l. imperatores .ff. de priui. cred. & propterea ordinaria cessare extraordinaria faciant l. in prouinciali .§. sed si î loco de nó. opc. nun. maxime quâdo extraordinaria sunt contra ius cômune glos. in l. i. §. per hanc de rei vend. Ioã. and. in c. nó solú de. app. lib. 6. Abb. î c. ex parte col. 2 extra de rescrip. prout est quod vnus ꝑ alio obligetur l. supra iter .§. apud ferocê .ff. de aqua plu. ar. & quod vnus ex facto aut dolo alterius grauetur aut puniatur arg. l. nó debet alteri de reg. iur. l. siquis in suo .C. de inoffi. testa. l. seruus & l. filius .C. de pact. & l. transactione matris .C. de transf. & l. sancimus .C. de pœn. & l. si filia .ff. de diuor. & l. i. de alien. iud. mut. cau. fac. Cęterum in coerctione bannitorú ordinaria remedia & illa quidem potentissima passim q̃ facillime possunt haberi, illisq; mediantibus bannitorum sęuitiæ, insaniæ, vel furori commode obuiari, & banniti ipsi opprimi, profligari, & penitus destrui, pro vt sunt ea quæ in vtroq; iure, ac in bullis summorum Pontificum in regalibus pragmaticis, cęterisq; localibus statutis in perniciem impiorum tam contra proprias eorundem delinquentium personas, q̃ contra ipsorú res & bona constitutá sunt si adunguem & (vt decet) ab officialibus & ius dicentibus localibus obseruentur & (vt eos omnino facturos sperandum est) debitæ exequutioni demandentur iuxta not. in l. 2. §. & post originem .ff. de orig. iur. glo. & doc. in rub. C. de exeq. rei iud. in c. ubi periculum §. pręterea de electio lib. 6. & î c. vni. § & quoniá de sta. regu. lib. 6. merito ad ita vt supra côtra consanguineos bannitorum statuendum deuenire nec expediens est nec necesse, ex honestate enim principem (licet de iure omnia possit) contra ius commune nisi ex vrgentissima ac necessaria causa statuere vel aliter venire non decet Io. an. in c. de multa de pręben. doc. î l. digna vox. C. de legi. Imol. in côs. 146. col. i. Crauett. cons. 266. nu. 2. Franc. Marc q. 1188. nu 3.

6 Sexto † quia cum finis vtriusq; iuris omnium q; pro tempore côstituendorú sit dirigere subditos in deum patriamq; cœlestem, interimq; ad bonum commune publicam

publicam quietē vt in proem. decreta. post prin. & in c. 2. de cōsti. lib. 6. & in c. i. de iureiur. lib. 6. & in c. i. de sepultu. lib. 6. & in l. i. §. huius studij .ff. de iusti. & iur. & in .§. fin. prima consti. cod. & in l. vni .§. ad istum. ver. ad omnia .C. de iustin. cod. confirm. & in l. i. C. de ver. iur. enu. & ī proem. insti. in prin. per glo. in c. cum: cōtingat ver. debent de iureiur. 7 Abb. in c. filius col. i. de testam. nulla probabili sane ratione cōsuli potest, his pręsertim qui prouidentia & sapientia cæteros incomparabiliter antecellunt, supræmiq; sacerdotij splēdore corruscant vniuersumq; orbem spēdidissimum ac fulgentissimum reddunt & propterea etiā constitutiones iuri diuino consonas quotidie diuinitus promulgant c. i. dist 3. c. deniq; 96. dist. c. solitę. §. potuisses de maio. & obe. & c. nouit vbi doc. de iudi. vt in hoc pacifico statu, ampla bonorum morum obseruantia, generali subditorum omnium obedientia ac deniq; rerum omnium quiete, beatissimaq; cunctarum ętate, absq; iustissima ac mirum in modum necessaria causa adeo acerbe & exorbitanter atq; contra omnia hactenus statuta mundi iura bonos pro malis, quietos pro inquietis, humiles pro superbis, deuotos pro indeuotis, integros pro perditis, benedictos pro maledictis, obedientes pro rebellibus, puros pro scelestis, iustos pro iniquis, fideles pro perfidis: & deniq; etiam sępe plurimos pro inimicis teneri, cogi, cruciari, mulctariq; debeant constituere iuxta presertim not. in c. erit autē lex 4. di. & in l. 2. ff. de legi. Septimo † quia sanctio qua probatus & fidelis subditus quē eius princeps in libera potestate habet pro eo qui sons est & vagans & propterea nec de facili conueniendus nec mulctandus, aut in re aut in persona plecti iubetur, instar illius caninę naturę habere videtur quā Alcia. alias moraliter loquens ī suo emblemate his versiculis descripsit Arripit vt lapidem catulus morsuq; fatigat nec percussori mutua damna facit sic plerįq; sinunt veros elabier hostes, & quos nulla grauat noxia dēte petunt. Et autē statuta quę caninam feritatem seu potius rabiem sapiebant tamē inuida & iniqua iamdudum per principē laicū a repub. & cōmuni corpore iuris ciuilis abolita penitusq; sublata fuere vt ī insti. de lege fus. cani. toll. & ī l. vni. C. eo. & de similibus ad similia procedi debere edocemur in l. nō possunt

ff. de legi in l. i. C. quę sit lon. consue. in. §. recte insti. de manda. quia similium idem est iudicium c. inter cęteras extra de rescrip. c. translato de cōstitu. c. 2. de transla. epi. & c. dudum ad fin de preben. in vj. Ideo quantomagis decere fatebimur summæ prouidentiæ, sapientiæ ac integritati ecclesiastici clementissimiq; principis omnipotētisq; dei Vicarij in terris, ad not. in c. licet de transla. epi. & in clem. 1. vbi glos. in ver. vndecunq; de iudi. cœlestis ac terrestris arbitrij ac iura imperij habentis c. 1. dist. 22. & l. cunctos populos C. de summ. trin. & fi. catho. glos. in c. 1. ver. partibus de sta. regula lib. 6. ac deniq; idem tribunal cum deo facientis c. vni extra vt eccles. benefi. c. quanto de transla. epi. cano. in rub. extra de consti. eadē vel similia statuta procul fugare, in profundum proijcere ac penitus exterminare, ne dixerimus noua cōstruere vel modo aliquo excogitare arg. auth. multomagis C. de sacros. eccles. & .§. illud quoq; auct. vt determi. sit nume. cleri. & c. quemadmodum de iureiur. & c. dilecto in fi. de senten. excom. lib. 6.

8 Octauo † quia quamuis supremus princeps sit solutus legibus l. princeps ff. de legi c. facta c. cuncta per mundum. ix. q. 3 & ipse lex viua dicatur in terris §. fin. auct. de cōsuli. glos. fin. in l. prohibitum C. de iu. fisci. lib. x. cui ex diui quoq; Pauli authoritate omnis creatura est subiecta 14. ad roma. & in c. duo. 96. dist. & in c. magnum & in c. volumus xi. q. 1. & in c. solitę de maio. & obe. & in c. venerabilem. in glos. ver. transtulit de electio. glos. 1. in l. 2. ff. de legi. cui si nō obedijerit morte morietur c. i. extra de maio. & obe. cuiq; nullus hominū cur ita faciat dicere potest §. i. auct. de app. & intra. & c. aliorum & c. per principalem xi. q. 3. & c. nemini. 17. q. 4. cum a nullo valeat iudicari c. episcopo & c. seq. ix. q. 3. & c. licet. extra de electio. glos in l. siquis C. de decurio. lib. x. Bal. in proem. decreta. nu. 6. Nihilominus digna vox est maiestate regnantis principem se legibus alligatum profiteri adeo de eius authoritate legis pendet authoritas & re vera maius Imperio est sūmittere legibus principatum l. digna vox C. de legi. l. ex imperfecto C. de testam. l. ex imperfecto de leg. 3. §. fin. Insti. qui. mod. testa. īfir. & c. nos si incompetenter. 2. q. 7. quanto enim maior Principis est potestas tanto magis ęquitatem exigit & iustitiam quam in

primis

primis colere & postea colẽdam debet cęteris pręscribere Bal. lib. 2. cõs. 16. quem ad hoc citat Zas. in l. 2. §. eodem tempore nu. 99. ff. de orig. iur. ex ordine autem naturę qui mandata sua cupit a successoribus in posterum obser uari debet etiam ipse prædecesso rum suorũ statutis venerationem pręstare .c. iustitię. 35. q. 1. & .c. institutione. 25. q. 2. Rolan. lib. 2. cons. i. nu. 41. alias quod quisq; iuris in aliũ statuerit. &c l. 1. ff. quod quisq; iur. & c. cum oẽs de cõstitu. Et sic lege & ratione prout etiã profitetur & presumi tur viuere & gubernare ar. no. ĩ l. ex facto de vulg. ꝑ Alex. lib. 7. cons. xi. col. i. & Gram. dec. 105. nu. 5. actusq; suos a iustitia poli & fori regulare l. quoties .C. de praeci. imper. offe. Alex. lib. 7. cons. 71. nu. 6. Paris. lib. 4. cons. 68. nu. 242. & seq. Rolan. lib. 3. cons. 71 .nu. 19. Et nemini etiã, ius suum (prout nec facere velle pręsumit) auferre l. nec auus. C. de eman. liber. l. 2. §. merito ff. nequid in lo. pub. l. impuberi. de admi. tut. & l. cum filius de mili. testa. sed omnes ęqualiter bene regere, iustitiam singulis ęqua lance ministrando arg. tex. in c. regum & in c. rex debet. 23. q. 5. & in c. scelus 2. q. 1. & in c. nouit de iudi. Cęterum si vtriusq; iuris dispositiones vel doctorũ authoritates percõtemur, non solum statutum de quo loquimur nunq̃ hactenus excogitatum, ne dum promulgatum fuisse cõstabit, quinimmo similes casus secundum cõmunis iuris regulas etiam vbi boni publici ratio aliqua potuit haberi pro exorbitantissimis, odiosissimis, nec modo aliquo amplectendis existimatos & ꝑpterea reiectos aut aliqualiter tẽperatos fuisse, videmus etenim eis qui bono publico re sua aliqua priuantur preciũ eius fuisse solutum. vt in l. venditor .§. si constat & ibi hoc doc. not. ff. cõmunia prędio. & ĩ l. 2. C. quibus ex caus. ser. pręmi. libe. accip. Bart. in l. fin .§. titius de pigno. actio. Arch. in c. per principalem xi. q. 3. Ias. in. l. barbarius de offi. pręto. Affl. dec. 321. nu. 17. Alci. in l. pupillus .§. fin. de ver. sig. Crot. ĩ rep. l. gallus §. & quid si tantum nu 121. de lib. & po. Dec. in c. 1. nu. 225. extra de proba. & in l. id quod nostrum nu. 3. de reg. iur. late per Rolan. lib. 3. cons. 71. col. 1. & per tot.

9 Nono † quia cũ iura velint ęquitatẽ in omnibus esse spectandã l. i. in fin. C. de interd. l. in omnibus quidem de reg. iur. c. magnæ de voto c. quæ renti de offi. lega.

dega. & c. suum cum glos. de pœ nis Mant. cons. 188. nu. 18. & cons. 326. nu. ij. lib. 1. & semp ante oculos habendam l. quod si ephesi. ff. de eo quod cer. lo. l. at si quis impediat §. idem labeo ff. de relig. & sump. fune. & c. primo 4. q. 4. glo. in l. inter filios C. fami. herci. rigoriq; cōtrario pręferendam l. placuit C. de iudi. l. si tibi ff. si cer. pet. glos. in l. 2. C. de pigno. in l. cū res C. si alien. res pigno. da. sit. in l. si tibi ff. de dona. in l. si ser uum 2. ver. dannosum de furt. & in c. i. tit an marit. succed. vxo. in benefi. in vsi feu. etiam contra regulas iuris communis l. si & me & titium ff. si cer. pet. l. si quis mancipijs §. fin. ff. de institu. & contra iuris solennia l. diuus ff. de resti. in inte. l. & si nihil de reg. iur. & contra alias vsitata l. Imperatores in fin. de app. siue ęquitas sit naturalis de qua in l. iure naturæ de reg. iur. & in l. nam hoc natura de cōd. inde. quæ a naturali ratione vel naturali iustitia procedit Bal. in l. i. de iusti & iu. & in l. 2. C. de dot. promiss. & in c. pastoralis de causa poss. & proprie. Dec. in c. ex parte 2. de offi. deleg. nu 9. Paris. lib. 4. consi. 2. num. 196. Natt. lib. 3. cons. 532. in fin. & quæ cuncta coæquat Bar. in l. i. in fin. C. de legi. siue etiā ęquitas sit legalis de qua in d. l. i omnibus quidem Bal. in c. i. §. & quia vidimus de his qui feud. da. poss. in vsi feud. Tiraq. de retra. cons. §. 35. glos. i. num. 31 quæ informata a lege plerunq; etiā in ęqualitate consistit Bal. in l. omnium C. de vectiga. Abb. in c. ex parte in tertio not. de offi. deleg. Dec. in c. quoniam contra nu. 19. extra de proba. Natt. cons. 147. nu. 14. lib. 1. & cons. 514. num. 5. lib. 3. Mant. lib. 1. cons. 75. nu. 6. vnde dici solet erubescere leges contra ęquitatē statuere l. fin. §. cum autem C. de furt. & l. si quis in suo §. legis C. de inoffi. testa. & propterea conuenire legū conditores ęquitatis esse fautores l. hęreditas C. de pact. conuen. veluti diuini doni exequutores l. 2. ff. de legi l. fin. C. de præscrip. lon. tēpo. eosq; iustius æquitati q̄ strictæ iuris rationi adhærere l. si filius qui patri ff. de vulg. Nulli dubium esse debet iura etiā velle iniquitatem (quæ æquitati contraria est glos. in insti. de iniur. in prin.) omnino profugandam esse c. si auerterit de pœnitē. di. 4. glos. in c. Sacerdotale 61 di. cum ex vnius cōtrarij cognitione cognoscatur & reliquum l i. ff. de his q̄ sunt sui vel alie iur. & Insti.

& Insti. eo. in prin. glos. & doc. in rub. ff. de acq. poss. quorum vnius electione aliud censeatur reiectum cum duo contraria simul in eodem subiecto stare nō possint l. hęc verba ille aut ille de ver. sig. l. si seruus in fi. C. de his qui ad eccl. confu. l. pomponius §. si is ī fin. de procu. l. si inter. de excep. rei iud. per Euer. in cent. in loco a contrarijs. Vnde in opinionibus eligēdis ęqua est amplectenda, iniqua vero reijcienda. Aret. cons. 163. diligenter col. 3. Ias. in d. l. placuit Mars. not. 631. vltima & not. 660 dicit. Paris. lib. 4. cōs. 2. nu. 195. Neuiz. cons. 50. nu. 57. In legibus quoq; condendis æquitas præualere debet, & propterea lex esse debet honesta, iusta, conueniens, vtilis, possibilis, & necessaria vt in c. erit autem lex 4. di. & in l. 2. vbi not. ff. de legi. Syluan. cōs. 1. nu. 140. par. 1. eiusq; virtus in substantia rationis consistere secund. Bal. in c 1. extra de consti. Barba. in l. cum acutissimi nu. 32. C. de fideicom. a qua si secus fieret, appellari, vel de nullitate dici posset, Abb. & scrib. in rub. extra de cōstitu. & in c. cum omnes eo. ti. Bar. in l. omnes populi nu. 53. de iusti. & iu. Bal. in l. quis quis. C. quo. appell. Alex. lib. 2. cons. 190. num. 14. Dec. cons. 361. num. 7. Cum itaq; ex statuti de quo loquimur promulgatione nulla ęquitas spectetur iniquitas vero q̄ maxima oriatur l. sancimus. C. de poen. l. si quis in suo. §. legis ibi hoc iniquum iudicantes vt alieno odio alius pręgrauetur. C. de inoffi. te. glos. in c. vel non est extra de tempo. ord. pręsertim ex lucro quod facere possunt recipientes cautionem pœnalem a consanguineis bannitorum cū aliena iactura contra l. iure naturæ. de reg. iur. l. nam hoc natura de cond. inde. Crot. lib. 2. cons. 285. nu. 28. glos. & doc. in c. locupletari per illum tex. de reg. iur. lib. 6. quod cum cōtra ius nat. sit, etiā ex causa reipub. concedi non debet late per fortun. in l. veluti nu. 13. & seq. de iusti. & iur. Mant. lib. 1. cōs. 339. nu. 5. Necessitas etiam nulla statuendi immineat, vtilitas vero prętensa valde vniuersis sit damnosa; vt supra late deductum est Et comprobatur pręterea ex eo quia statutum vim inferens subditis dicitur illicitum esse vt not. in l. fin. C. si per vim & in l. toties §. fin. de pollicita. p Alber. tract. statutorum par. 1. q. 25. & sola suprema necessitas illicitum facit licitum c. 4. de reg. iur. in antiq. & c. 2. in fin. de obser. ieiun.

C

ieiun. hic autē ea non inest necessitas, sed bene de violentia inferenda agitur, merito neminē decet friuolis presertim causis ad ita statuendum esse procliuem l. pen.ff. de consti. prin. quia dicebat notan. Card. Alex. in d.c. erit autē lex. col.i. non debere legislatores in mutando legem faciles esse, ne populi ex frequēti mutatione leges ęgro animo ferant, quod non modicum detrimentum affert reipub. secundū philos.2. poli. sunt enim mutationes odiosę vt no. in l.2.C. noua vestiga. in d.l. pen. de consti. prin. in c. quis nesciat xj. di. in fin. & in c. hęc autem.30.di. & discordias pariunt nouitates c. cū consuetudinis extra de cōsuetu. & .c. quod dilectio. de cōsang. & affin. ideoq; tutius & realius etiam erit a prędictis abstinere & fore abstinendum consulere ad not. in c. iuuenis de spon. & in c. ad audientiā de homi. iuxta illud. Tutius ī dubio declarant iura sequendum doc. in c. vni. §. nos itaq; de pręben. in extrauag. Ioannis xxij. q̄ opinioni cōtrarię subscribere ad not. in c. si vir. extra de cogna. spiri. p Corset. in sing. in ver. opinio.2. Curt. sen cons.57. nu.22. Neuiz. lib.5 Syl. nup. nu.68. cum & alias etiā dicatur sanctius esse nocentem absoluere q̄ innocentem cōdenare in l. respiciendum de pœn. glos. in l. item mela. §. sed si plures ad leg. aquil. & ī c. fin. extra de transactio. & in pluribus iura faueant innocentibus Bal. in l. edita col. pen.C. de eden. Mars. not.59. innocentibus & not.217 ter. Dec. in l. et si nihil de reg. iur. Veron. cons. 46. nu. 9. & cons.54. nu.16. ferr. Garg. patroci.19. nu.89.

10 Decimo & vltimo † quia si vbi aliqua subest futuri scandali suspitio, quantum fieri potest, obuiandum est.c. inter verba xj.q.3 & .c. aliquantos 51. di. & .c. peruenit 95. di. & in sacra pagina Marc.9. Luc.17. & Math.18. & multa scandali vitādi causa prohibentur quæ alias non prohiberentur c. cū olim de cler. cōiug. c. cum teneamur de pręb. c. tua de cler. egro.c. super eo. de cogna. spiri. Hosti. in c. insinuatū de simon. Inno. in c. olim i. de resti. spo. Inno. & doc. in c. licet de regula. Abb. in c. considerauimus in fin. de electio. & in c. cum in tua de sponsa. Et multa cōceduntur & fiunt quæ alias nō concederentur nec fierent l. pen ad leg. corn. de sicar. Inno. in c. nisi cum pridem de renun. glos. & doc. in c. si Papa 40. di. Bal. in l.i. de offi.

eius

tius Abb. in c. magnæ de voto. Soc. lib.2. conf.165. nu.22. multaq; omittuntur quæ alias non omitterentur glos.4. in c. lator 2.q.7. & in c. in primis 2.q 1. & in c. ad petitionem extra de accus. Ioan. and. in c. Inquisitionis de hęreti. lib.6. Arch. & Ioã. and. in c. fœlicis de pœn. lib.6. Alex. in l. si pacto.C. de pact. Fely. ĩ c. nihil col.1. de pręscrip. Quanto magis omittenda prohibendaq; est prętensi statuti promulgatio qua vniuersalis aliqua futuri scandali pręmeditari potest suspitio, pręsertim ob nullã ita acerbe & inique statuendi necessitatẽ subsistentẽ ob euidentẽ familiarum depauperationem ac destructionem, ob tot tantasq; iacturas quas bannitorum causa patiuntur boni, ob innumeras in ciuitatibus, & alijs locis inter subditos discordias inimicitias tumultus & rixas ea de causa facile orituras ob continuos bannitorum terrores & m[illegible] cõtra proprios consanguineos literis & nuncijs maximopere irruentiũ sub interminationibus frangendæ treugæ vt ipsorum bona carpant, eos proprijs substantijs spolient, & sic etiam indices eorũ sanguinem sugant, eos depauperent ipsiq; ditescãt, ob cęterasq; rationes superius relatas, Quibus connumerari quoq; nõ insulse potest ratio quæ ab insana vulgi opinione subitaq; commotione posset oriri de qua per Philel. dec.3. Neuiz.4. Syl. nup. nu.177. & Tiraq. de pœnis causa 51. nu.97. quam Principes locorumq; rectores quantum possunt curare debent a subditis suis abesse l. ęquissimum in prin. ff. de vsufru. & l. non est singulis de reg. iur. & .c. placuit. & .c. seq. di.90. glos. in c.1. extra de mutuis peti. qua etiam de re ne vniuersus status perturbetur multa alias in iure contra cõmunes traditiones vel conceduntur vel prohibentur iuxta not. per glo. in c. apostolica 8.q.1. in c. literas de resti. spo. per Inno. in c. Inquisitioni de sent. excõmu. Abb. Dec. & doc. in c. significasti de elect. & in c. cum teneamur de pręben. quam ob rem dicebat Diuus Aug. lib. de verbis domini, tolerandos esse malos ne ex turbatione ipsorũ pax generalis concutiatur prout refert tex. in c. tolerandi 23.q.4. qui enim malos non tolerat (inquit Grego.) ipse per intolerantiam testis est quia bonus nõ est vt in c. hęc autẽ vita in prin. ea. causa & q. Et postremo posset etiam nõ sine causa haberi ratio ab hominum desperatione pro-

cedens banniti enim quandoq; omni consanguineorum amicorumq; prçsidio, omniq; alia humana spe penitus destituti, mandatorumq; dei & hominũ quoq; obliti tanquam frenetici & furore oppressi in hostes in amicos & in quoscunq; indiscrete ac irrationabiliter insurgentes, irruentes, & sæuientes (vt annis elapsis aliquando euenisse audiuimus) post multa damna ac perpetrata facinora brutorũ more vitam cum morte commutarent, & prout de malo homine prçsumi potest eorum animæ ad tartara conuolarent Host. §. de quibus ad fin. de iudç. Aquens in l. vt vim nu. 81. de iust. & iur. Ponzin. de lamijs nu. 90. Et propterea concludendum est ex omnibus supradictis ad huiusmodi statuti promulgationem, fideliumq; subditorum nouum grauamen temporibus istis deuenire, nec per çquitatem licere, nec per honestatem decere, nec per vtilitatem publicam aliquã expedire arg. tex. in c. magnæ extra de voto & in l. pen. ff. de iusti. & iur. quin totũ in sua mera iniquitate & ferina natura permanere etiã contra ius diuinum, cuius transgressio peccatũ inducit Fortun. ĩ l. vt vim nu. 17 de iusti. & iur. & propterea nec etiã publica vtilitas attẽdi debet Io. anni. in l. nemo potest nu. 549. de leg. 1. Quamobrẽ summopere quoq; confidendum est prudentissimum, pijssimum, sanctissimumq; principem, qualem nec ista nec superior vidit çtas pro ea qua prçcellit sanctitate clemẽtia integritate & prouidentia, de facti veritate optime informatum nil vlterius aduersus miserrimos populos fideles pacificos obedientissimosq; suos & Sanctæ Sedis Apostolicæ subditos cõstituturũ fore; quin potius cognita eorumdem subditorum fide obseruantia ac deuotione erga ipsum principem dei opt. max. Vicariũ & Sacrosanctam romanam ecclesiam atq; etiam maxima inopia, calamitate, angarijs & per angarijs quibus continue opprimuntur aliqua saltem ex parte exoneraturum.

11 Quibus † sic iactis fundamẽtis pro opinione publicum vniuersale bonum quietem ve cõmunem concernente, reliquum est vt quibusdam quæ in contrariũ excitari possunt, responsum demus, eaq; iure euacuemus, realiter tollamus, ac funditus eradicemus quo rei veritas clarius ac dilucidius appareat & elucescat arg. not. ĩ c. graue. 35. q. vlt. in c.

cum

cùm Ioannes vbi glos. extra de fide instru per Ias. in rub. ff. de ver. ob. nu.15. Curt. sen. cōs.11. nu.1. Rolan. lib.2. cōs.43. nu.6. Ferro enim viam aperit qui per contraria transit inquit Bal. in l. præcibus nu. 33. C. de impub. Saly. in l. si pecuniam in prin. de cond. ob causā Affl. dec.150. nu.3. Curt. sen. cons.50. col.2. Soc. iu. lib.2. cons.170. nu.xj.

Tertio etiã respõdeo indefinitam nõ æquipollere vniuersali quãdo agitur de debito augendo vel de noua obligatione inducenda l. si ita de aur. & arg. leg. Castell. cõs. 29. nu. 13. sicut nec quando maior ratio est in vno casu q̃ in alio l. si ita relictum de leg. 2. l. si quis ita. §. si quis filio de testa. tut. l. si pluribus de acceptila. & pro cõmuni Soc. iun. lib. 1. cons. 9. nu 8. hic autẽ nõ solum de augendo debito & obligatione noua inducenda agitur verũ etiam de maioritate rationis in cauẽdo pro integris magis q̃ pro bannitis apparet, cũ cautio pro cõseruanda publica quiete inter subditos in Ciuitate & nõ extra territorium cum bannitis requiratur ar. l. æquissimum. ff. de vsu fru. merito &c.

15 Neq; minus mouet † cautionẽ illam habere publicam vtilitatem implicitam ideoq; interpretatione adiuuandam l. hoc modo in fin. de cond. & de. nec restringendam Bar. in l. 3. §. sed vtrum ad syllan. Ruin. lib. 5 cons. 4. in prin. Quoniam respondeo primo publicam vtilitatem (si quo modo in hoc versetur) non esse considerabilem quando alias delicta non remanent

sent impunita sed alia uia delinquentes puniuntur prout in isto casu quo ex iuribus cōmunibus ordinationibus apostolicis regalibus pragmaticis & statutis locorum banniti & impij satis superq; puniri possunt Bar. in l.2. ff. de his qui not. infam. Grat. lib.2. cōs.134. nu.65. prout neq; minus quando contraria pariter est vtilitas publica quia tunc vna earum priuilegiata contra aliam pariter priuilegiatam non vtitur aliquo priuilegio Bar. Bal. & doc. in auth. quas actiones C. de sacros. ecc. ī l. sed & milites post prin. ff. de excus. tut. in l. verū §. fin. de mino. & in l.1.C. si aduers. fiscum Cano. in c. ad aures de pręscrip. Fely. in c. in pręsentia de proba. ex quo par in parem non habet imperium l. nam magistratus de arbi. l ille a quo .§. tēpestiuum .ff. ad trebell & c. innotuit extra de electio. sed fauores mutua cōpensatione tolluntur ad not. in l. si apud in fin. de mino. in l. viro atq; vxore so. ma. ī d.l. sed & milites post prin. de excus. tu. per Soc. iun. lib. 1 cons. 1. nu. 86. prout est in isto casu in quo pro parte quam firmauimus est etiā publica vtilitas quæ versatur in conseruatione honestatis familiarū quæ fit per diuitias & inopia perit quod ad fauorē & vtilitatem publicam dicitur pertinere Bal. in l. cū allegas col.3.C. de vsur. Mant. lib.1. cons.29. nu.7 & quæ etiam versatur in eo vt nullus innocens pro alieno delicto indebite grauetur contra ius ciuile, canonicum, & diuinum vt supra in secundo motiuo dictum est, etiam si alias delictum remaneret impunitum secundū Mars. in l. vni. nu.109 .C. de rap. virg. Postremo etiā respondeo non procedere quando vtilitas priuata contraria est maior q̄; publica quia eo casu priuata pręfertur & publica restrigitur neq; lege aut interpretatione iuuatur vt in l 1..§. sunt qui putant.ff. ne quid in flum. pub. in c. bonæ cum glos. extra de resti. spo. per Alex. in l.1. col. pen. vbi etiam Visita. nu.179 ff. solu. ma. & Dec. cons 144. nu.8. sed in isto casu siue vtilitas pro hac parte vigens sit publica siue priuata sat est quod maior est q̄ contraria quia si non fiat id statutum vniuersi ciues & subditi superioribus suis obedientes & fideles pacifice quiete & absq; eo onere vel etiam alia mentis aut corporis perturbatione exiguas fortunas suas possidebunt, adinuicem non dimicabunt, neq; pugnabunt sed quisq; sua sorte contentus

tentus

tentus viuet nec deniq; candidissimas principum aures quotidie varijs clamoribus obtundent aut nouis excogitatis artibus defatigabunt. |Et si forte fieret (quod deus auertat) integrę familię variȩq; cognationes inquietabuntur, grauabuntur, & iniq; ac contra bonos mores ciuiles pro alieno facinore pulsabuntur, multabuntur, & damnificabuntur contra l. sancimus C. de pœn. l. si quis in suo .C. de inoffi. te. & l. nō debet alteri de reg. iur. cū si mi. quin & maiora odia, rancores, discordiæ & rixæ in ciuitatibus & oppidis inter ciues & incolas orientur & nutrientur adeo vt dum putaretur parta securitas & defensio ab exteris & bannitis esset potius intrinsecus data ansa parataq; rixa & offensio domi ab intimis, proximioribus, & domesticis qui quotidie præ oculis habentur, qua secundum Boetiū nulla maior pestis est c. si inimicus.93. di. c. quibus.13 q 2. glos. in l. data .C. de dona. & in l.1. in prin. ff. ad sillani & sic iure cum poeta dici posset, incidit in scyllam cupiens euitare charibdim. quamobrem intrepide opus est fateri publicam hanc vtilitatem ad fauorem consanguineorum supra firmatam tanq̃; maiorem & potiorem contrariæ (si illa publica vtilitas est) preferendam forē vt in l. cętera .§. sed si quis vbi Pau. Castr. & doc. not. de leg.1. in l. actio .§ labeo ff. pro soc. per Natt. cons.500. col. vlti. lib 3.

16 Ad secundum etiam † quod ex aduerso excitari potest, q̃ iudex cuius officium est latissimum l.1. ff. de iurisd. om. iud & ad quem pertinet prouinciam facinorosis hominibus expurgatam conseruare l. congruit de offi. pręsi. l.1. dę offi. pręfe. vrb. & propterea etiam cautiones de nō offendendo extorquere l. denunciamus .C. de his qui ad eccl. confug. male sibi permissa vteretur potestate si subditos non cōpelleret ad huiusmodi cautionē pręstandam & tam eos qui integri status sunt q̃ capite diminutos & sic etiam bannitos nō compręhenderet constringeret & vinciret ar. l. ęquissimum .ff. de vsufru. & c. discordantes cum seqq.90. di.

17 Respondetur primo † latissimū iudicis officium esse debere lege & ratione fundatum regulatum & roboratum vt inquit Paris: lib.4. cons.168. nu.7. & per tot. Hyer Gabr. lib 1. cons.113. nu.17 Lege quia tanq̃ eius minister debet secundum legem & non secundum prudentiam suam iudicare c. ne innitaris vbi doc. de consti. & in c. relatum 37. di. & in c.

in c. institutionis 25.q.2. & timorem dei & legis habere c. anteriorē .§. illud 2.q.6. Io. de deo lib.1 doctri. aduo. tit 4. qualiter debe. cōmen. iud. nu.8. nec a dextris vel sinistris declinare l. vbi .C. ad leg. corn. de fals. & l. rem non nouam .C. de iudi. in c. cū æterni de re iud. lib.6. Affl. dec. 371. in fin. nec mitior lege aut sęuerior esse .§. oportet auct. de iudici. & .c. sane 2. vbi etiā doc. extra de offi. de leg. per Rolan. lib.1. conf. 45. nu.77. & conf.51. nu.5. nec per consequens quicq̄ ex suo arbitrio facere sed cuncta iuxta legum dispositiones explicare vt in c. iudicet 3.q.7. Bal. in l.1.ff. de consti. prin. Bellon. cons.28. nu 1. & cum sale scientiæ ne alias sit insipidus & cum sale conscientiæ ne alias fit diabolicus diffinire, iuxta dictum Bal. in l.2. nu.7.C. de sent. ex breui. reci. Ias. in l. rem nō nouam nu.6.C. de iudi. Boer.q.153 nu 31. Fely. in c. ex parte 2. de offi. deleg. Meno. de arbi. iud. lib.2. cent.4. casu 339. in prin. Ratione, quia ęquitatem ante oculos debet habere l. quod si ephesi .ff. de eo quod cer. lo. naturalem ratione inspicere l. scire oportet .§. sufficit .ff. de excus. tut. Cyn. Bal. & doc. in l. non dubium .C. de legi. Ias. in l. illā .C. de colla. Fely. in c. tuæ nos col.2. extra de iureiur. Dec. in c. secundo requiris in 3 not. extra de app. Abb. lib.1. conf.66. nu.4 freni temperie vti. arg. l.1.ff. de quæstio. Rolan. lib.1. conf.16. nu.6. & deniq; cuncta rimari, ordinemq; rerum plena inquisitione discutere c. iudicantem 30. q 5. & sic etiam arbitrium suum secundum legem & rationem regulare Dec. in c. ex literis nu.16. extra de proba. cum itaq; nec lex nec ratio dictet in pręsentiarum fore homines ita vt supra pro bannitis inhumaniter astringendos grauandos & plectendos vt hactenus fuit deductum, iustus iudex honeste pie sancte & iuridice faciet suoq; iure vtetur si homines in eorum quiete & pace ac libera contrahendi vel distrahendi facultate dimiserit, nec inique ad alterius suggestionem opprimet, conteret vel aliter cohibebit aut pessundabit ar. l. sicut C. de ac. & ob. per Crot. lib.2. cōs. 174. nu 26. Soc. iu. lib.3. conf.59 nu.20.

18 Secundo † etiam respondetur iudicem siue ex officio siue ad partis instantiam procedat non posse iustitia mediāte sine causa & causæ cognitione homines ad alteri de nō offendendo cauendum astringere Bar. & doc. in l. illicitas

illicitas .§. ne potentiores .ff. de offi. pręsi. Imol. & doc. i l.2. § 1. in fin. ff. solu. ma. Felyn. in rub. extra de treug. & pa. nu 10. Frã. Rip. iu rub. de damn. infe. nu.8 Paris. in d. cons.168. Meno. de arb. iud. lib.2. cent.2. casu 140. Moron. de treug. & pa. q 169. nu.8. cum congestis per Hercu. de caut. non offen. cap.3. nu.6. & seqq. & sic parte citata pręsente vel per contumaciam absente in causa procedere l. in causæ .§. in causa .ff. de mino. Dec. & doc. in l. vbicunq; de reg. iur. & si forte aliquam probabilem iustã ac rationabilem inuenerit causã cogendi aliquos ad eam cautionem de nõ offendendo pręstandam quæ eius arbitrio (vt supra tamen regulato) ex plerisq; remittitur Bar. in l. hęc autem in prin. ff. si cui plus q̃ per leg. falci. Meno. vbi supra, solum pro cõsanguineis pacificis & integri status interesse & non pro capite diminutis caueri curabit iuxta iuris cõmunis formam ac dispositionem, qua in generali hac cautione non continentur banniti veluti extraordinarij arg. l. scio .§. medico de annuis lega. & incorrigibiles ac odiosi, publiciq; inimici Bar. in l. lucius .§. lucius de leg.2. Bal in l. sed & milites .§. sed & ignominia de excus. tut. Ias. in l. tres fratres nu.29 ff. de pact. Nell. in tract. banni. prima par. secundi tempo. q. 45. Mars. cõs.57. nu.22. & seq. Dec. cons.287. nu.3. & si vlterius procederet, eosq; ad cauendum pro bannitis interpellaret & cogeret (quod non est pręsumendum) inique ageret, iustitiam offenderet, partem grauaret, contraq; eum iure dici posset, Ius & iura negas, homines & numina fallis nec iouis imperium, nec phlegetunta times cum Mars. in cons. 52 requisitus nu.15.

19 Tertio etiã & vltimo † respondetur q̃ nõ quicquid iudicis potestati permittitur, iuris necessitati subijcitur l. non quicquid .ff. de iudi. c.1. in fin. de pœniten. dist.6 glos. fin. i c. nosse 76. dist. sicut nec omne quod licet honestum esse dicitur in l. non omne & in l semper in coniunctionibus de reg. iur. quamobrem dici tur ius honestatis ab omni reuerentia semper exceptum intelligi Bal. in l. quod ex libera .C. de ope. liber. & ideo non tenere consequentiam q̃ nisi iudex amplissimum habens arbitriũ cogat ciues ad cauendum fideiubendũ ve per bannitis male sibi permissa vtatur potestate, tum quia ad id per agendum tẽporibus presertim istis quibus nulla rationa-

 bilis

bilis causa subest, minime tenetur arg. d.l. non quicquid cum concor. de quibus supra, tum etiã quia si id spõte facere vellet (nisi ex vrgentissima & valde necessaria causa motus etiam secundum aliquos exprimenda Bar. in l. capitalium .§. ad statuas de pœnis Fab. in .§. postq̃ insti. de fideicõ. her. Aufre. q. 489. col. 1. quã superius non semel in prǽsentiarũ cessare firmauimus) iniuste decerneret, suo vero ac peculiari nomine careret, nec vir bonus dici posset, .c. 1. 23. q. 2. & .c. forus de ver. signi. scrib. in l. denunciamus .C. de his q ad eccles. confug. & in d. §. ne potentiores Paris. d. cons. 168. nu. 8. & seqq.

20 Ad tertium etiam † quod exaduerso potest excitari, ꝙ licet banniti desinant esse ciues Bar. in l. fin. per illum tex. ff. de legationi. Nell. in tract. banni. prima par. secundi temporis q. 45. ad instar eorũ qui deportati sunt, quibus comparantur glos. in .§. relegati Insti. qui mod. ius pat. pot. sol. per Alex. lib. 2. cons. 116. col. 2. Gramm. vot. 19. num. 12. Natt. cons. 666. nu. 15. non tamen desinunt esse coniuncti cum iura sanguinis iure ciuili non tollantur l. iura sanguinis de reg. iur. ideoq; tanq̃ coniuncti debeant sub fideiussione pro coniunctis data contineri, verba naturaliter intelligendo ad not. in l. fin. C. de his qui veni. ęta. impe. in l. fideicom. de cond. & de. & in l. ex parte .§. insulã. de verb. obl.

21 Respondetur primo † ꝙ dato ꝙ iura sanguinis tanq; naturalia a iure ciuili tolli non possint l. eas de capi. di. & .§. pen. insti. de iure nat. & .§. fin. de legi. agna. tut. possunt tamen per ius ciuile ex causa limitari, vt aliquã do non procedant vel sint sine effectu operandi, aut eo casu pro extinctis vel non essentibus habeantur vt in l. ius ciuile de iusti. & iu. in l. hac edictali in prin. C. de secun. nup. no. in l. 1. in fin. de consti. prin. & in l. fin. C. si contra ius vel vtil. pub. Bar. in l. si constante nu. 41. solu. matr. Alex. in l. cum mulier num. 13. eo. ti. Io. anni. in rub. eo. ti. nu. 140. Abb. Fely. & doc. in c. quæ in ecclesiarum extra de consti. Goza. cons. 51. num. 18. & seq. Paris. lib. 4. cons. 68. nu 367 prout in casu isto quo banniti cum publicatione bonorum & facultate impune occidendi passiue sunt extra omnem legis protectionem tanq̃; ciuiliter mortui, qui propterea filij, fratres, & cõsanguinei eo iure esse desinũt l. post liminiũ .§ filius. ff. de capti. & .§. pen. insti. de capi. dimi.

Bar.

Bar. in l. si adulterium .§. liberto .ff. de adult. Ang. in tract. malefi. ver. qui dñs iudex ver. quęro aliquis fuit positus in banno nu. 58. Mant. lib.1 consi.206. num.4 atq; etiam de populo loci a quo sunt banniti c. clericos 81. dist. Feder. de senis cons.188. puto. nu.2. Vnde notan. dicebat Bal. lib.3. cons.264. col.1. q̃ bannitũ nõ retinet cognatio sed abhorret, nam consumato statu & iura quoq; cognationis consumpta sunt l. edicto .ff. de bon. poss. l 1. in fin. de bon. poss. contra tab. l si cognatis de rebus dub. & l. gallus .§. & quid si tantum de lib. & po. & tanq̃; putridum membrum & pręcisum a repub. est gladio vltore obuiandum l. minime .ff. de relig. & sump. fun. & l.1. & seq. C. quãdo lice se sine iud. vind. quamobrem etiam ad propositum dicebat Abb. lib.1. cons.108 nu.2. q̃ si valet statutũ ex causa q̃ bannitus possit impune occidi vt admittunt Bar. & doc. cõmuniter in l. omnes populi de iusti. & iu. Io. an. ad spec. in tit. de consti. clare constat ius ciuile tollendo vitam homini posse ea quæ iuris nat. sunt abrogare, & sic a fortiori ius nat. ex causa limitare vt per eum.

22 Secundo etiã respondetur † hic iura sanguinis perfictionem iuris ei. adumbrari in odium & perniciem impiorum & bannitorũ vt ipsi qui deliquerunt puniantur & non alij plures qui insontes fuerunt ar. d. l. sancimus de poen. & sic in publicam vtilitatem, atq; etiam ęquitatem arg. no. in l.1.§. fin. ff. de offi. pręfe. vt. in l. congruit de offi. pręsi. & in l. si ita vulneratus .ff. ad leg. aquil. & iure optimo excogitatam & institutam ad not. in l. de niq; & in l. sciendum & in l. nec vtilem .ff. qui ex caus. ma. & in l.1 § si vir ff. de acq. poss. & in l. post liminium de capti. & in l. si is qui pro emptore de vsucap. p Soc. iun. lib.1. cons.128. nu.261 ex cuius introductione iura sanguinis in bannito carebunt effectu iuxta no. in d.§. pen. de iur. nat. & in d. § fin. de legi. agnat. tut. & perinde erunt atq; si nullatenus vnq̃; fuissent, quia paria sunt in iure non esse vel esse sine effectu aut non habere effectum l 1 §. fin. ff. quod quisq; iur. l. quamuis .§. si conuenerit .ff. ad velleia. l. fin. vbi glos. C. ad leg. fla. de plagia. cum pręsertim nõ desint qui iura naturalia ex causa a iure ci. in totũ tolli probent Ang. in l. si sic de leg.1. Alex. in l. cum mulier so. ma. Dec. in c. dilecti nu.36 de excep. cum alijs de quibus ibi per eum.

23 Tertio

23 Tertio & vltimo † etiam respõdetur ꝙ (prçterq̃; ꝙ hçc cautio est de iurę ciuili de quo in d.l. denunciamus & in d.l. illicitas.§. ne potentiores iuncta l. ius autẽ ciuile de iusti. & iu. & .§. cõstat cum seqq. de iur. nat. gen. & ci. & tenet Aufre.q.489. col. fin. ideoq; eius verba etiam ciuiliter sint intelligenda Bal. Seuer. & doc. in l. omnes populi de iusti. & iu.) etiam si banniti non desinerent esse ciues, nec coniuncti nihilominus in cautione de nõ offendendo pro coniunctis inter vtriusq; partis cõsanguineos data ipsi non comprehenduntur, eo quia huius modi cautio ac similes dantur datę q; censentur pro his dumtaxat quibus potest imperari Bar. in l.1.§. familiæ de publica. Abb. in c. constitutus de testam. Rip. in rub.ff. de damn. inse. Curt. sen. cons.41. col. pen. & pro his qui in iudicio posse creduntur comparere l. quoties .ff. si quis cautio.l.2.§ 1. cum ibi not.ff. qui sat. cog. & cum quibus interdictum non est cõmertium prout sunt banniti l. multum interest de ver. ob. & .§ 1 cum ibi not. insti. de inuti. sti. & deniq; pro his qui sunt in numero attinentium, adhęrentiũ familiariorum & amicorum Bar. & doc. in d.§. ne potentiores Rip. in d. rub. de damn. inse. Felv. in d rub. de treug. & panu 10. non autem pro existentibus in numero hostium publicorum aut priuatorum Bar. in d §. ne potentiores nu.5. quorũ fere nulla fides esse solet iuxta illud. Nulla fides pietasq; viris q castra sequuntur Fulg. cons.20 Anca. cons.88. nu.3. prout sunt banniti & exules qui hostes publici dicuntur l. amissione .§. q deficiunt .ff. de capi. dimi. Dyn. i l. minime .ff. de relig. & sump. fun. Bar. in l. certa forma.C. de iu. fi. lib.10. Ias. in l. de pupillo .§. si in pluribus ad fin. de nou. ope. nun. Alex. lib.5. cons.41. nu.9. Neuiz. cons.73. nu 3. scilicet loci a quo banniti & exules facti sunt Bar. in tract. banni. q.4. Soc. iun. lib.3. cõs.34. nu.2 Mars. cons.11. nu.8. & cons.57. nu 28. & sic etiam totius populi illius loci habitatoris arg.§. consequens cum glos. insti. de susp. tut. & .§.1. de pub. iud. & glos. in rub.ff. eo. & in insti. de re. diuis. in prin. qui propterea ab omnibus & singulis impune fugari, detestari, occidiq; debent l.3 §. fin .ff. ad leg.corn. de siccar. & l. proditores de re mili. & c.1.§. fin. de homi. lib.6. & c. fœlicis de pœn. lib.6. per Mars. cons.86. nu 17. quamobrem nõ

possit

posset iudex iustitia mediante consanguineos ex abrupto & etiã ex vano alicuius timore pro bannitis coniunctis ad cauendũ cogere ar.l. si merces .§. culpæ de damn. infe.l. vani. de reg. iu. per Hercul. de caut. de nõ offen. c.8. nu.2. & supra deductũ est.

Et si postremo etiam diceretur bannitos non perdere ciuilitatem quo ad onera & odia ipsorũ sed quo ad honores & cõmoda tantum Roma. conf 73. num. 4. Respondeo in hac materia non agi de fauore vel odio bannitorum nec de his grauandis aut modo aliquo obligandis sed tractari de onere maiore vel minore eorum consanguineis imponendo nempe vt pro bannitis obligentur absq; spe a bannitis indemnes conseruandi quod totum in consanguineorũ tantum detrimentũ dicitur redundare.

24 Ad quartum quod ex aduerso potest excitari q̃ fauore publico iura transgredi licet & ita cõsanguineos pro bannitis ligare arg.l. 2. §. his legibus fatis & ibi etiam Vercell. nu.56. de orig. iur. & l. si ita vulneratus ad leg. aquil Roma. conf 300. in casu Felv. in c. non nulli in prin. ver. ad euitandos nu.16. de rescrip.

Respondetur primo illud procedere posse imminente probabili necessitate cui aliter vix possit obuiari arg.l. in bello .§. medio tempore .ff. de capti. glo. in l. r. de offi. conf. in l.2. §.1. si cer. pet. & in l.1. §. non aliter de offi. crus. Dec. in l. quę propter in prin. de reg. iur quę illicitum facit licitũ c.4. de reg. iur. in anti. c.2. in fin. de obser. ieiun. & .c. quanto de consue. & l. omnes .1. C. de ferijs in fi. & proprie esse dicitur quando res aliter sese habere non potest vt in l 1. & in l impensæ .ff. de impens in rebus dot. fact. per Crisp. i rub. de leg.1. nu. 89. alias autem intentio principis esse prę sumitur talis qualis legis scriptæ vel naturalis rationis est Bal. & doc. in l. ex facto de vulg. Dec. conf. 33. col. 3. & conf. 64. col. fin. Bellon conf. 28. col. 1. atqui in prę sentiarum nulla subest ita statuendi & sic iura transgrediendi necessitas vt supra etiam dictum est, ergo cessante necessitate cessare debet omnino iura trangrediendi facultas seu potius voluntas c.1. 35. q. 1. iuncta l. adigere .§. quamuis de iu. patro. & c. cum cessante in prin. de app. per glo. & doc. in c.2. de custo. eucha. Card. Alex. in c. quod pro remedio in prin. 1. q.7. Affl. dec. 161. num 29. Tiraq. de causa cessan. par 1. versi. necessitatis num. 179.

25 Secundo

25 Secūdo † etiā respōdetur q̄ licet aliquando fauore publico liceat iura transgredi tamen id vel sine alterius iniuria vel qua minori potest iactura fieri debere intelligitur arg. l. item si verberatū. §. 1. de rei ven. per Craue. cons. 95. nu. 7. & late Rolan. lib. 2. cons. 69. a nu 15. vsq; ad fin. & Affl. dec. 286. nu. 3. & Capi. decis. 51. in fin. ex quo ita reipub. cęterisq; priuilegiatis debitores sumus vt alijs preiudicium nō inferatur l. nec auus. C. de eman. libe. l. 2. §. merito. ff. nequid in lo. pub. l. impuberi. de admi. tuto. l. cum filius de mili. te. & l. sed cum ab hęrede ad trebell. & c. ex tenore extra de fo. cōpe. & c. nuper extra dę dona. int. vi. & vxo. vnde nō pręsumitur principem velle subditos suos male tractare Ioan. an. Abb. & doc. in c. insinuante ī fin. extra qui cler. vel vouen Fely. in c. 2 col. 2. extra de offi. deleg. Paris. lib. 4. cons. 5 nu. 182. nec in eos supra modum sęuire ar. l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & §. fin. insti. eo. sed potius velle cum iure cōmuni se conformare l. ex facto vbi not. ff. de vulg. & c. causam quæ extra de rescrip. & sic solos impios pro suis facinoribus mulctare, non autē pro bos quietos & morigeratos pro malefactoribus grauare ar. l. sancimus. C. de pœn. l. si quis in suo §. legis C. de inoffi. te. & supra dictum est.

26 Tertio & vltimo † etiā respondetur illud procedere posse ratione enormissimi delicti secundum Bal. & doc. in l. 1. per illū tex. C. de prędi. impe. offe. prout quando statueretur contra damnatos seu damnandos crimine lęsę maiestatis quos mactare & penitus extirpare sacrificium est diuinæ maiestati secun. Bal. in cons. 264. qui feruore publicæ charitatis in prin. lib. 3. & Ang. cons. 63. nu. 4. Quorum in numero iure aggregari poterunt hi qui ex eo crimine bannitis pecunias mutuauerint vel donauerint, vel alias nuncios, literas equos, arma, vel similia ipsis ad fauorem & patrocinium eorum nō sine dolo miserint vel transmitti curauerint vt in l. 1. & in l. cuiusq; & per tot. tit. ff. ad leg. iul. maie. & per Lauden. ī tract. de crim. lęsæ maie. q. 2. & seqq. In eorundē quoq; numero connumerari possent damnati ex crimine desertæ militię seu deserti sacramenti militis a vexillo diuertentis ar. l. 1. ff. ad leg. iul. maie. contra quos ob immanitatem militaris delicti capitalis pœna iam dudum fuit statuta vt in l.

non omnes .§. qui in pace & in l. omne delictum .§. qui in acie ff. de re mili. Bal. in l. ex militibus in prin. C. de testa. mili. Guil. Bont. in tract. de pœna mor. nu.3. Dec. in l.1.§ hęc autē verba nu.9. ff. ꝗ quisq; iur. & sic deniq; vbi de publico fauore principaliter agitur & nō secundario vt in isto casu iuxta no. in l.1. so. ma. & in d. tract. de caut. de non offen. cap.1. nu.6. cum alias id quod principaliter agitur non quod secundario soleat attendi l. si quis nec causam vbi not. ff. si cer. pet. ī l.1 ff. de auro & arg. lega. & in l. nauis aduersa. ff. ad leg. rod. de iactu & in l.1 §. vnde quęrit offilius .ff. de exercito.

27 Ad quintum † etiam quod ex aduerso excogitari potest, hos delinquere scientibus, consentientibus, & forte sumministrantibus consanguineis iuxta dictū Bal. in c. constitutus 1. extra de testi. Ias. in l. si quis in suo ad fin. C. de inoffi. te. ideoq; conueniens esse eos quoq; suæ temeritatis pœnam subire.

Respondetur primo iuris pręsumptionem, qua quilibet pręsumitur bonus, & nolle delinquere nec per consequens delinquenti consentire, contrarium dictare l. merito .ff. pro soc. l. omnes. §. a barbaris de re mili. l. cum pater .§. rogo de leg. 2. & .c. bonæ extra de electio. per glos. in c.1 de scrutin. & in l. papin. ff. mād. & in l. magis de solu. idq; ex prę sumptione naturæ & sic efficaciore glos. ī l. fin. ff. de eo quod met. causa Ang. in l. sciendum in fin. de ver. ob. Mars. in l.1. nu. 67. de siccar. Soc. lib.1. cōs. 15. visis nu.15. Alcia. reg.3. pręsump.2. in prin. ideoq; absq; diuinatione aut iudicij temerarij vitio contrarium dici non posse ad not. in l. si putator .ff. ad leg. aqui. in c. vt nostrum extra vt ec clesi. benefi. & in c. temerarium xj.q.3. & in c. multi ante fin. 2.q.1 quamobrem & contrarium asserenti grauiore & euidentiore probatione illud deducēdi onus incumbere l. si extraneus vbi Alb. & Fulg. not. ff. de cond. causa da. doc. in l. siue possidetis. C. de proba. in l. cum de indebito .ff. eo. in l. quintus de don. int. vi. & vxo. & in c. contra morem 100. di. in c. accusator 6.q. vlt. & in c. vni. §. cum enim extra vt eccl. benefi. & ꝑ Alcia. reg.3. pręsum.7. nu.2. alias enim sola pręsumptione non esset iudicandum l. si chirographum de proba. & l. absentem in 2. resp. de pœn. Pręterea licet ratione coniunctionis quandoq; pręsu-

mi possit consensus, tamen illud non procedit cum de graui praeiudicio agitur Aquens in l. quae dotis num. 29. & seq. ff. so. ma. Fulg. cons 72. ad fin. Alex. lib. 4. cons. 66. col. 3. Barb. lib. 2. cons. 15. col pen. & facit glos. Abb. & doc. in c. 2. extra de his quae fi. a prela. vbi licet ratione coniunctionis quę est inter prę-latum & capitulum pręsumatur consensus tamen illud non procedit quando actus qui fit est magni pręiudicij vt per eos.

28 Secundo † etiam respondetur ꝙ quando legitime cōstaret iudici consanguineos cum delinquētibus in crimine participasse scilicet per ordinarias plenasq; probationes iuxta not. in l. fin. C. de proba. in c. sciant cuncti 2. q. vlt. in c. epiphanium 5. q. 6. per glos. & doc. in l. absentem de poen. in l. qui accusare. C. de eden. in l. admonendi de iure iuran. Mars. & doc. in rub. C. de proba. tunc posset pro eorū admisso ordinarijs & consuetis iuris remedijs aduersus eos animaduertere, & proprijs peculiaribus poenis in eos statutis mulctare arg c. qui cum fure. extra de furt. & §. interdum quoq; insti. de oblig. quae ex deli. na. cum pręsertim alias iure cautum sit agentes & consentientes pari poena puniri vt in c. 1. extra de offi. deleg. & in l. pen. C. de pagan. vnde nec ad extraordinaria ac exorbitantia remedia contra consanguineos insontes necesse haberet deuenire ad not. in l. in causae. 2. de min. in l. quędam in prin. de eden. & in l. 1. in fin. ad muni. cum simi.

29 Tertio & vltimo † etiā respondetur ꝙ dato & non concesso ꝙ pręsumptio scientiae & cōsensus de qua supra sit admittenda, & ꝙ ex pręsumptione probitatis contraria & naturae & sic fortiore nō sit conuicta & superata iuxta not. in l. diuus de resti. in inte. in l. nō solum de ritu nup. in l. nuptura in fin. de iu. dot. & in c. transmissa extra qui filij sint legi. nihilominus nō videtur conueniens neq; iuri cōsonum ex ea sola moueri ad ita exorbitanter statuendum, acriter vnū pro alio grauandum, & contra iuris regulas cruciandum & puniendum per reg. d. l. fin. C. de proba. cum concor. de quibus supra. etiam si de poena ciuiliter esset agendum iuxta ea quae notan. dixit Bal. in c. 1. tit. qualiter dominus proprie. ī vsi. feu. Alex. lib. 2. cons 33. nu. 1. Dec in cōs. 290. nu. 2. & in cons. 452. nu. 1. & in cons. 531. nu. 7. & Meno. lib. 1. cons. 98. nu. 9. & iuxta ea

quoq;

quoq; quæ ponit glos. in l. hæ operæ .ff. de ope. liber. cũ etiam de persona ad personam in odiosis & pœnalibus in iure non fiat extensio glos. in c. quæ a iure de reg. iur. in vj. & in c. nõ solum & in c. constitutionem de regulari. lib.6. Dec. in l. illam nu.11. C. de colla. & in cons.218 nu.9. & in cons.377. nu.2. Craue. cons.161. num.11. Soc. iun. lib.2. cons.176. nu.1. & cons.185 nu.12. cũ pœnæ molliendæ sint & restringendæ l. respiciendum l. hodie & l. pen. ff. de pœn. & c. in pœnis de reg. iur. lib.6. etiã si delicta quandoq; remaneant ĩpunita seu minus punita Mars. in l. vni. nu.109. C. de rap. virg. pręcipue cum ex aduerso allegatã pręsumptio nõ generaliter & absolute sed solum in coniunctis simul habitantibus procedere possit Anca. cons.170. col. fin. Aret. cons.29. col.5. Soc. lib.2. cons.264. col.6. Craue. cõs.237. col.1 Ruin. lib.1. cons.168. col.2 cum congestis per Rolan. lib.2. cons 90. nu.25. Quin fortius in his dumtaxat procedat quę a cõmuniter accidentibus in notitiã coniunctorum cadere possunt Alex. & doc. in l.1. ff. si cer. pet. Fely. in c. literis extra de præsump. Horman. in l. naturaliter .§. nihil commune nu.62. de acq. poss. Alex. lib.2 cons.80. col.3. Corn. cons.156. col.2. lib.3 facta autem coniunctorum intrinseca & quę in eorum animo consistunt consanguinei scire non pręsumuntur Bal. in l. quoniam .C. de iur. delib. Io. anni. in l. post contractum num.116. & seqq. ff. de dona. Et in indiuiduo ꝙ coniuncti non pręsumantur scire facta cõsanguineorum habentia tractum momentaneum, vt homicidia, furta, spolia & similia quæ clam fieri solent, tenet Bal. in l.1. C. de collus. detegen. & Coras. ĩ d. §. nihil commune nu.135.

30 Ad sextum & vltimum † quod etiam ex aduerso excogitari potest, ꝙ ratione scandali euitandi decens esse debet ante tempus occurrere & sic etiam vt supra aduersus consanguineos statuere arg. l. fin. C. in quibus caus. in inte. resti. non est necess. & no. in c.1. & in c. super eo extra de cogna. spi. & per glos. in .§. pauonum insti. de re. diui. & in l.1. de offi. eius per Fely. in c. nihil de pręscrip. Roma. in l. si vero .§. de viro fall 7. ff. so. ma. Natt. lib.1. cons 190. num.2. & lib.2. cons.425. nu.6.

Respondetur primo ꝙ licet scandala sint euitanda vt in sacra pagina Marc.9. Luc.17. Math.18.

 & in

& in c. inter verba vbi etiā glos. 11.q.3. & in c. aliquantos 51.di. & in c. peruenit 95 di. & alias m ulta permittantur gratia scandali euitandi quæ alias non permitterentur c. presbiteros 95.di. Roma. i l. si vero .§. de viro sol. ma. fall.7. Dec. in c. prudentiā nu.58. de offi. deleg. Fely. late in c. nihil col.1. de præscrip. & supra nu.10. dictū est. Nihilominus innocens nunquam ea de causa pro delinquente punietur secundum Bar. in l. pen. ff. ad leg. corn. de siccar. & Fely. vbi supra nu.3. quia in pœnis imponendis vanæ voces populi non audiuntur l. decurionum .C. de pœn. glos. in c 2. extra de electio. potius enim tolerari debet quodlibet scādalum oriri q̄; veritatem iustitiæ occultari aut relinqui c. qui scandalizauerit de regul. iur. in antiq. Abb. in c. officij de pœniten. & in c 2. de præscripti. Dec. in c. quoniam contra nu.12. & seq. de proba. Paris. lib.4. cons.33. & cons.58. nu.48. quin alias dicebat glos. in c. episcopus 35.di. Si quoties peccant homines sua fulmina mittat iuppiter exiguo tempore nullus erit.

31 Secundo † etiam respondetur licere ante tēpus scandalis obuiare scilicet per legitimos iuris tramites ordinariasq; iuris scripti regulas & dispositiones l.1. de offi. præfec. vrb. l.3. de offi. præfe. vigi. l. congruit de offi. præsi. glos. in proem. insti. in prin. ideoq; sicut non esset expediens pro scandalo vitando totam ciuitatem comburere vel aliter destruere, ita nec huiusmodi statuto opprimere & desolari, decet enim omnes principis & mundi rectorum actus esse pios iustos, sanctos &, irreprehensibiles, c. erit 4.di l.2. cū ibi not. de legi. glos. in l. sed si hac .§.1. de in ius vocan. & in .§. oportet auct. vt. iudi. sine quoq. suffra. fi. quia omne animi vitium tanto conspectius in se crimen habet quāto maior qui peccat habetur c. nulli 25.q.1. glos. in c inter corporalia extra de transla. episco. Mant. lib.1. cons.121. nu.169. & licet princeps a nemine iudicetur c. episcopo & .c. seq. 9 q.3. & .c. licet de elect. glos. in l. si quis .C. de decurio. lib.10. Bal. in proe. grego. nu.6. & omnia iura in scrinio pectoris habere censeatur l. omniū .C. de testa. & .c.1. de consti. lib.6. sitq; supra ius, præter ius, & contra ius positiuum Bal. in c. cum super extra de causa poss. & proprie. Affl. dec.265. nu.14. Dec. cons. 588. nu.5. liberam potestatē habens

bens c significasti extra de electio.c.2. de preben. in vi. & clemen.1. in fin. vt lite pen. nihilominus decens est tam ipsum q; ceteros locorum rectores, ac ius dicentes equitatem semper ante oculos habere l. quod si ephesi .ff. de eo quod cer. lo. & sic iustitiã dulcore misericordię temperatam ministrare secundum Diuũ Cypria. quẽ refert Abb. in c. magnæ in tertio not. extra de voto & in c.2. de re iud. Ias. in l. si sic nu.20. de leg 1. & in l. placuit nu.2.C. de iudi. Vercell. in l. in omnibus quidem nu.3. de reg. iur. cui potius q; mæro iuris rigori iustius faciunt adhęrere l. si filius qui patri ibi iustius .ff. de vulg. & ęqua lance omnibus iustitiam tribuere Ant. de bu. & doc. in c.1. ad fin. extra de mutu. peti. Abb. in c. fin. extra de trans.

32 Tertio & vltimo † etiã respondetur tunc demũ scandalo obuiandum esse quando vel certũ est vel probabile dubium posse scandalũ oriri Paris. lib.4. cõs.59 num.33. alias vani timoris nulla excusatio, nulla cura, & nullus est iuris effectus l. metum autem .ff. de eo quod met. causa l. vani timoris de reg. iur. Abb. & doc. in c. fin. de app. Dec. in l. in omnibus causis 1. de regul. iur. vnde cautionem ipsam de non offendendo non aliter iure peti posse q; si timoris vel scandali probabilis & iusta causa subsit scripserunt Bar. in l. sanctum de re. diuis. in l. qui bona §. si pars de damn. inse. in l. denunciamus vbi etiam Saly. de his qui ad eccl. confu. Bal. in auth. habita.C. ne fili. pro pa. Felv. in rub. de treug. & pace num.10. Hercul. de caut. de non offen. cap.3. in prin. & pro communi sententia Clar. in practi. crim.§. fin.q.47. col.1. cum itaq; in presentiarum nulla subsit necessitas nullaq; causa probabilis aut iusta timoris aut scandali etiã presumendi subditis vniuersis quietis pacificis fidelibusq; existentibus, & fraterne simul atq; Christiane viuentibus, concludendũ est minime expedire sub aliquo pretenso pretextu scandali obuiandi, vel quesito colore publici boni, vel alterius cuiuslibet causæ quæ a subtilissimo hominis ingenio fingi aut excogitari posset ad ita vt supra cõtra consanguineos bannitorum publicam subditorum quietem communesq; iuriũ dispositiones statuendum modo aliquo deueni re quin potius omnem quorumcunq; sapientum reprehensionẽ penitus effugere ar. l. saluius

aristo.ff.

aristo.ff. de leg. pręstan. per Soc. lib.1. cons.121. col.3. Corn. lib.1 cons.11. col 2. Zuccar. in l. fin. nu.41.C. de edi. di. adria. toll. Ceph. lib.2. cons.347. num.46. quia sermo datur cunctis, animi sapientia paucis, secundum glos. in auct. de referéda. ad fin. itaq; curandum est semper doctisq; bonisq; placere, summa quidem laus est displicuisse malis Vant. de nulli. in proe. ad fin. Zanch. in proem.l. hęredes mei .§. cum ita num.68.ff. ad trebell. boni enim subditi odio habebunt pec care virtutis amore & nō tanq; mali formidine pœnæ glos. in l.1.ff. de iusti. & iu. & in c. irrefragabili ī fin. de offi. ord. Ang. cons.63. nu.4.

Ex quibus omnibus, publico bono, communi quieti, summæ ęquitati & iuris dispositioni, ac honestissimis patrię meę votis iuxta tenues facultates meas satisfactū puto. Saluo tamen &c.

Franc. de Anticis Vicar. Generalis Perus.

F. Vincentius Castrucc. Inquisi. Perusinus.

